

## **Scientia Sanctorum**

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan.  
Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In  
Dominicas, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In  
singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

**Puente, Luis de la**

**Dilingæ, 1685**

17. De Apostolorum contentionе.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60588](#)

in ejus morte tot sunt edita prodigia, & quia per Passionem est gloria resurrectionis consecuta, & ut in nomine ejus omne genu flectatur. phil. 2.  
10.

## MEDITATIO XVII.

*Contentio Apostolorum, & predictio  
scandali.*

## PUNCTUM PRIMUM.

**F**Acta est contentio inter eos, quis eorum vi- *Luc. 22.*  
deretur esse major. Obliti prioris tristitia<sup>e</sup>, *24.*  
cùm ex ipsis aliquem proditum esse Magi- Ambiti-  
strum diceretur, primatum jam contentiosè onem  
ambiant. Sic est impotens ambitio, & omnia sanat  
postponit. Sanat Dominus humilitate ambitio- humili-  
nem, aliter apud se agi oportere quām in mun- tas.  
do, aliásque sui Regni leges esse, quām terreni.  
*Qui major est in vobis, fieri debet sicut minor :*  
*& qui præcessor est, sicut ministrator.* Idque  
suo exemplo sanxit. Nam & *ego in medio ve-*  
*strum sum, sicut qui ministrat.* Ita præsum, ut  
serviam. Videlicet in humilitate præesse opor-  
tet, & lucra amare subditorum, non ipsum præ-  
lationis honorem.

Ne tamen despondeant, laudat ipsos : *Vos estis qui permanistis mecum in temptationibus meis.* Vel in testes adducit ipsos tribulationum quas passus sit, quodq; nihil minus, quam commoditates suas, aut gloriam quæsierit in omni vita : quod cum ita sit, nec ipsos debere talia

spectare. Nam *ego*, inquit, *dispono vobis regnum*, sicut *disposuit mihi Pater*. Pater autem, ut videtis, per multas tribulationes voluit me ad regnum pervenire: ita & vobis continget. Quare & simile cum illo, quod Zebedæis respondit, affectantibus prima loca: *Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum?* quasi dicat, de calice cogitate in hac vita, non de honore.

*Matt.*  
*20. 21.*

## PUNCTUM II.

*Cum la-*  
*psum su-*  
*orum*  
*prædi-*  
*cit.*

*Matt.*  
*26. 3.*  
*Zach.*  
*13. 7.*

**C**ristus denuntiat scandalum, quod Apostoli passuri erant in ipsis comprehensione: nempe, ut eum deserent, & fortè dubitarent, num esset Christus, qui sic haberetur: scriptum est enim: *percutiam pastorem, & diffipientur oves gregis*. Hac prædictione avertire ipos voluit ab illis ambitionis cogitationibus, sed præcipue præmunire, ut saltem non planè conciderent animis, & resipiscerent, animadverso eventu prædictionis. Promittit quippe solarium suæ præsentiae. *Postquam autem resurrexero, precedam vos in Galileam*: salubris timor, ne deseram aliquando Christum: quod si contingat, confidam tamen, quia lapsus opem pollicetur.

*Petri tri-*  
*plex er-*  
*ror.*

**P**etrus respondet: *Etsi omnes scandalizati fuerint in te, ego nunquam*: fervor quidem, sed absque debita humilitate; unde errores tres.

- 1.** *Quod non visus sit habere fidem Christo asserenti de omnibus, quod scandalizandi essent.*
- 2.** *Quod alijs se prætulerit.*
- 3.** *Quod de suis viribus*

viribus nimium præsumperit. Petri exemplo, cateri, ne inferiores viderentur, similiter dixerunt: Etiamsi nos oportuerit mori tecum, non te negabimus. Oportebat potius cum humilitate deprecari Christum, ut averteret à se tantum malum, quam præfidere de se.

### PUNCTUM III.

**P**Riori reprehensioni addit solarium: ex quo tria eliciuntur. 1. Quod tentatio non veniat absque permisso Dei: *Simon, Sathanas expeditivit vos, ut cribraret, sicut triticum, ut agitaret, nihil & perderet: ita & Job.* Quin nec in porcos licuit diabolo ingredi, nisi Christo sinente. 2. Quod tentatio non vincatur, nisi Deo adjuvante, & auxiliante. *Ego autem rogavi pro te, Petre, ut non deficiat fides tua.* Licet vacillet, non deficiat tamen: quin saltem mox resipiscet, ex lapsu humilior & cauter. 3. Quod *Luc. 22. conversus à peccato debet alios suo malo do-* 32. *& tu, instruere. Et tu aliquando conversus confirma fratres tuos:* ut & illi resipiscant, & redantur in fide constantiores. Hæ sunt grates, convertas Dominus requirit à justificato, ut & alijs ipse fiat causa salutis.



ME-